Q. D. B. V.

PRAESIDE

CONRADO SAMVELE SCHVRZFLEISCHIO,

disputabit

M. IOACHIMVS KLEPPERBEIN,

Glogov. Siles.

In Auditorio Maiori,

D. XVIII. APRIL. cIↄ Iↄc XXCVIII.

CVM PRIVILEGIO SEREN. EL. SAXON.

Disputatio VII.

LIPSIAE, Apud NICOLAVM SCIPIONEM,
cIↄ Iↄc XCIIX.

I.

OCtavius Augustus qvartum COS. bellis civilibus finem imposuit, qvi antea triumvir, et Antonii Lepidiqve collega, post victoriam Actiacam pacis belliqve iura constituit, et qvae triumviratu egerat, plane rescidit atqve abrogavit, et plena adeo summaqve potestate imperavit.

Distingvendi sunt Augusti Consulatus, qvorum tertio vicit Antonium, qvarto bella civilia sustulit prorsus, qvinto triumphavit magnifice, sexto antiqvavit triumviratum. Hunc expresse designat Tacitus. Sexto, *inqvit*, demum consulatu Caesar Augustus, potentiae securus, qvae triumviratu iusserat, abolevit, deditqve iura, qvis pace et principe uteremur. A. III. 28. *Qvibus verbis tradit, Augustum sustulisse ius populi, speciatimqve summovisse ius senatorium, qvod erat pars iuris publici*, ut docet Plinius iunior lib. VIII. ep. 14. *Fundamentum abrogationis in iure belli et pacto cessionis populi situm est, qvod breviter strictimqve Tacitus indicat, qvum scribit.* Lepidi atqve Antonii arma in Augustum cessere: qvi cuncta discordiis civilibus fessa, nomine Principis sub imperium accepit, A. I. 3. *Ius belli dedit Victoria Actiaca, testamentumqve patris adoptivi C. Caesaris confirmavit. Cessionem lex regia declarat, qvam decimo eius consulatu factam, Dio commemorat* lib. LIII. *spectatqve eo Diodorus Siculus* l. XXXVII. ecl. 2. *Eqvidem decretum illud, qvo omnis potestas in Augustum collata est, coepit dici* lex regia, *auctoribus loqvendi iureconsultis, qvi subtilitati student et formulis, ac res actaqve publica, ab historicis prodita, artis suae vocabulis describunt. Postea enim, qvam populus longo tempore unius imperio assvetus, statum praesentem, mutata reipublicae facie, patienter tulit, iurisperiti summam isthanc potestatem, a SPQ. translatam, neqve vi, sed iure firmatam,* legis regiae *nomine appellandam censuerunt. Res ipsa tam certa evidensqve est, ut negari neqveat, qvando ipsum aeris Capitolini monumentum, etsi temporum iniuria mutilum, decreti huius solennis, translatiqve imperii veritatem corroborat satis*

tis. Lex plus [illegible] teste Dio scribit. Τότε τοῦ δήμου καὶ τὸ τῆς γερουσίας τὸ πᾶν κράτος εἰς τὸν Αὐγουστον μετέστη. *Atqui haec Mart. Schoockio, qvi negare [illegible] est, convincendo sufficiunt in praesens. Hinc undecimo Augusti consulatu numus qvidam aureus*, cum imagine trium globorum cujus, *signum praebet Imperii, tres magnas terrarum orbis partes, Europam, Asiam, Africamqve complectentis. Exinde intelligi potest, unde arcessendum sit Augusti imperium, qvod alii ab anno V. DCCX. numerant, qvo caedes C. Caesaris peracta est, ut Eusebius* in historia E. lib. I. c. 5. *Alii ab Actiaca Victoria, et Aegypto subacta ducunt, cuius metropolis fuit Alexandria, urbs ad Nili ostium, qvae in numis signata est* facie mulieris, cum capite in turris figuram formato.

II. Ianum ter clausit, et qvater edidit ludos, qvos magno sumptu populo exhibuit, et congiaria saepius distribuit ac donavit.

Duo in praesens exponenda veniunt, qvorum alterum ad Ianum pertinet, alterum ad ludos. Iano templum in medio foro erat positum, qvod duas portas habuit, qvae ut aperiebantur bello, si pace claudebantur. Geminus ideo appellatus est, vel qvod duos populos, Qvirites et Sabinos, uno imperio coniunctos notaret, vel qvod praeterita simul et futura cerneret, qvorum alterum Servio Grammatico in XII. Aeneid. *alterum Ovidio placet in fastis. Iam templum ab Augusto ter clausum est, ut omnes emendati Suetonii codices legunt* in Augusto c. 22. *Ex qvo desumpsit Orosius* lib. VI. c. 20. *Cum utroqve sentiunt Poetae, sed numerum non definiunt, Horatius* lib. IV. carm. od. 15. *Maro* Aeneid I. 298. *Hinc Ianus gemina facie sculptus conspicitur in gemmis et numis. Qvem Numa dicavit, et pacis belliqve indicem esse voluit: qvorsum conf. Livius* I. 19. *Plinius* lib. XXXIV. c. 7. *Plutarchus* in Numa. *Herodianus* I. 16. *Ab Iano nomen tulit primus Romanorum mensis, qvi dicitur Ianuarius, in qvo inest terminus anni exacti, et principium ineuntis, cuius rei causam originemqve edisserit Plutarchus* qvaest. Rom. XIX. *De* ludis *maior restat difficultas, qvos plures numerat Iustus Lipsius, et vel solo* Consulatus *argumento efficere studet, Augustum plus vicies exhibuisse ludos* l. II. el. c. 17. *Sed omnino hic gravis ratio est, qvamobrem a V. C. dissentiamus. Nam vel sola Tranqvilli auctoritas pervincit, ut statuamus, non plures, qvam qvatuor ludos auspicio mandatoqve Augusti exhibitos fuisse. Cuius testimonio stan-*

standum est, neqve fingenda ad arbitrium sententia scriptoris historiae Augustae. Verba illius concepta ascribere non piget, qvippe plana, et intellectu facilia, qvae non suo, sed Augusti nomine recensuit Tranqvillus. Fecisse ludos se ait suo nomine qvater: in Aug. cap XLIII. *In monumento illustri, qvod industria Andreae Schotti servatum editumqve est, qvodqve sine omni dubitatione vidit et respexit Svetonius, ipsemet Augustus loqvitur, aut loqvens introducitur, unde indicio numeri confectarum bestiarum, iniri potest numerus ludorum, ab Augusto exhibitorum. Tales ludi erant qvatuor, pleni et solennes, qvos suo nomine Octavius Augustus celebravit. Reliqvi erant non solennes, qvos agnovit et distinxit Svetonius, verbisqve seqventibus indicavit eodem capite citato.* Pro aliis, *inqvit,* magistratibus, qvi aut abessent, aut non sufficerent, ter et vicies. *Qvi sane ludi ut ter et vicies peracti sunt, sic a prioribus diversi erant, atqve adeo solennitatis ratione multum inter se distabant. Nihil ex sententia Tranqvilli mutandum, qvae sibi constat, neqve officit celebritati ludorum, qvos Augustus instituit, neqve impedit, qvominus plures, minusqve solennes ludos, ab Augusto et apparatos, et exhibitos dicamus.*

III. Inprimis liberali fuit facie, et forma vultuqve decoro superavit avunculum Caesarem, ominaqve et signa felicioris imperii habuit, atqve auctore consilii usus est Mecoenate, viro prudente et taciturno, Regumqve Hetruscorum sangvine prognato, atqve hoc adiutore negotia confecit, fortunatus ubiqve ac felix, sed foris felicior, qvam domi in aula et familia sua: omnium deniqve victor hostium, praeterqvam Germanorum, a qvibus duas accepit clades, alteram probrosam nimis, alteram prope ipsi et imperio exitiosam.

Faciem Augusti ingenuam numi signant, et oculos, nasum, capillosqve animi indices haud obscure commonstrant. Mecoenatem sibi ascivit, qvi fuit praefectus urbis, et in aula Augusti princeps, a fide et taciturnitate commendatissimus, nisi qvod interdum uxori apertior erat; qva de causa ab Augusto reprehensum legimus, ut testis est Svetonius in eodem cap. 66. *Qvem Horatius et Propertius* Eqvitem *vocant, sed originem stirpis regiae non dissimulant, et aperte testantur: ex qvibus lucem accipit Velleius, qvi* eqvestri, sed splendido genere natum *scripsit. Cujus nomen et cognomen distingvi oportet, ut* Cilnium Mecoenatemqve *nominemus. Qvin redderet populo imperium, multa obstabant; neqve id volebat Augustus, neqve Mecoenas erat passurus. Svetonius ex Dione interpretandus est, qvi fictam simulatamqve Augusti orationem a seria distinxit,*

lib. LIII.

standum est, neqve fingenda ad arbitrium sententia scriptoris historiae Augustae. Verba illius concepta ascribere non piget, qvippe plana, et intellectu facilia, qvae non suo, sed Augusti nomine recensuit Tranqvillus. Fecisse ludos se ait suo nomine qvater: in Aug. cap XLIII. *In monumento illustri, qvod industria Andreae Schotti servatum editumqve est, qvodqve sine omni dubitatione vidit et respexit Svetonius, ipsemet Augustus loqvitur, aut loqvens introducitur, unde indicio numeri confectarum bestiarum, iniri potest numerus ludorum, ab Augusto exhibitorum. Tales ludi erant qvatuor, pleni et solennes, qvos suo nomine Octavius Augustus celebravit. Reliqvi erant non solennes, qvos agnovit et distinxit Svetonius, verbisqve seqventibus indicavit eodem capite citato.* Pro aliis, *inqvit*, magistratibus, qvi aut abessent, aut non sufficerent, ter et vicies. *Qvi sane ludi ut ter et vicies peracti sunt, sic a prioribus diversi erant, atqve adeo solennitatis ratione multum inter se distabant. Nihil ex sententia Tranqvilli mutandum, qvae sibi constat, neqve officit celebritati ludorum, qvos Augustus instituit, neqve impedit, qvominus plures, minusqve solennes ludos, ab Augusto et apparatos, et exhibitos dicamus.*

III. Inprimis liberali fuit facie, et forma vultuqve decoro superavit avunculum Caesarem, ominaqve et signa felicioris imperii habuit, atqve auctore consilii usus est Mecoenate, viro prudente et taciturno, Regumqve Hetruscorum sangvine prognato, atqve hoc adiutore negotia confecit, fortunatus ubiqve ac felix, sed foris felicior, qvam domi in aula et familia sua: omnium deniqve victor hostium, praeterqvam Germanorum, a qvibus duas accepit clades, alteram probrosam nimis, alteram prope ipsi et imperio exitiosam.

Faciem Augusti ingenuam numi signant, et oculos, nasum, capillosqve animi indices haud obscure commonstrant. Mecoenatem sibi ascivit, qvi fuit praefectus urbis, et in aula Augusti princeps, a fide et taciturnitate commendatissimus, nisi qvod interdum uxori apertior erat; qva de causa ab Augusto reprehensum legimus, ut testis est Svetonius in eodem cap. 66. *Qvem Horatius et Propertius* Eqvitem *vocant, sed originem stirpis regiae non dissimulant, et aperte testantur: ex qvibus lucem accipit Velleius, qvi* eqvestri, sed splendido genere natum *scripsit. Cuius nomen et cognomen distingvi oportet, ut* Cilnium Mecoenatemqve *nominemus. Qvin redderet populo imperium, multa obstabant; neqve id volebat Augustus, neqve Mecoenas erat passurus. Svetonius ex Dione interpretandus est, qvi fictam simulatamqve Augusti orationem a seria distinxit,*

lib. LIII.

ſtandum eſt, neqve fingenda ad arbitrium ſententia ſcriptoris hiſtoriae Auguſtae. Verba illius concepta aſcribere non piget, qvippe plana, et intellectu facilia, qvae non ſuo, ſed Auguſti nomine recenſuit Tranqvillus. Feciſſe ludos ſe ait ſuo nomine qvater: in Aug. cap XLIII. *In monumento illuſtri, qvod induſtria Andreae Schotti ſervatum editumqve eſt, qvodqve ſine omni dubitatione vidit et reſpexit Svetonius, ipſemet Auguſtus loqvitur, aut loqvens introducitur, unde indicio numeri confectarum beſtiarum, iniri poteſt numerus ludorum, ab Auguſto exhibitorum. Tales ludi erant qvatuor, pleni et ſolennes, qvos ſuo nomine Octavius Auguſtus celebravit. Reliqvi erant non ſolennes, qvos agnovit et diſtinxit Svetonius, verbiſqve ſeqventibus indicavit eodem capite citato.* Pro aliis, *inqvit*, magiſtratibus, qvi aut abeſſent, aut non ſufficerent, ter et vicies. *Qvi ſane ludi ut ter et vicies peracti ſunt, ſic a prioribus diverſi erant, atqve adeo ſolennitatis ratione multum inter ſe diſtabant. Nihil ex ſententia Tranqvillii mutandum, qvae ſibi conſtat, neqve officit celebritati ludorum, qvos Auguſtus inſtituit, neqve impedit, qvominus plures, minuſqve ſolennes ludos, ab Auguſto et apparatos, et exhibitos dicamus.*

III. Inprimis liberali fuit facie, et forma vultuqve decoro ſuperavit avunculum Caeſarem, ominaqve et ſigna felicioris imperii habuit, atqve auctore conſilii uſus eſt Mecoenate, viro prudente et taciturno, Regumqve Hetruſcorum ſangvine prognato, atqve hoc adiutore negotia confecit, fortunatus ubiqve ac felix, ſed foris felicior, qvam domi in aula et familia ſua: omnium deniqve victor hoſtium, praeterqvam Germanorum, a qvibus duas accepit clades, alteram probroſam nimis, alteram prope ipſi et imperio exitioſam.

Faciem Auguſti ingenuam numi ſignant, et oculos, naſum, capilloſqve animi indices haud obſcure commonſtrant. Mecoenatem ſibi aſcivit, qvi fuit praefectus urbis, et in aula Auguſti princeps, a fide et taciturnitate commendatiſſimus, niſi qvod interdum uxori apertior erat; qva de cauſa ab Auguſto reprehenſum legimus, ut teſtis eſt Svetonius in eodem cap. 66. *Qvem Horatius et Propertius* Eqvitem *vocant, ſed originem ſtirpis regiae non diſſimulant, et aperte teſtantur: ex qvibus lucem accipit Velleius, qvi* eqveſtri, ſed ſplendido genere natum *ſcripſit. Cuius nomen et cognomen diſtingvi oportet, ut* Cilnium Mecoenatemqve *nominemus. Qvin redderet populo imperium, multa obſtabant; neqve id volebat Auguſtus, neqve Mecoenas erat paſſurus. Svetonius ex Dione interpretandus eſt, qvi fictam ſimulatamqve Auguſti orationem a ſeria diſtinxit,*

lib. LIII.